

CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

348

1075/ 07 / 15

*Preito entre o mosteiro de Celanova e Pedro Velázquez pola intromisión deste en Bobadela. No documento inclúese un inventario dos bens acadados por Celanova nesta villa dende os tempos de Gutier e Ilduara, pais de san Rosendo.*

TC, fols. 129v. - 130v.

Ego Nunno Eriz qui sum fiadore de Petro Velasquiz et filiis suis a tibi Seniorino vel voci tue facimus placitumvel pactum aligabile deinceps amodo quod erit VIII<sup>X</sup> Kalendas Augustas Era MCXIII sic inquoamus placitum istum vobis adimplere de isto iudicio quod inter nos revertitur de illa hereditate de Buvadela ut impleamus vobis pro illa iudicio quantumque iudices ordinaverint in veritate. Et si se Petro Velasquiz inretro fecerit et placitum exierit, que pariem ego Nunno Eriz alia simile tale hereditate et intergetur iudicium paccata ad III<sup>o</sup> die de avocatione et si contempserit duplet. Ego Nunno Eriz in hunc placitum manu mea roboro (signum).

Qui presentes fuerunt: Magister Gunterigus ts. Ero Ovequiz ts. Nunno ts.

Et ego Seniorino qui dico et respondo in voce de monasterio de Cellenove et de ipse abba domno Pelagio et fratres eius contra ipse Petro Velasquiz et filiis suis. Dicimus contra eos pro illa hereditate de Bovadella pro quem nos calumpniat quia ganavit illa domno Aloitus abba in vita sua sub mercedem Christi et tenivit ea pagada dum vitam iuxit, et post obitum eius recepit ea domno Pelagius abba de manu de rex domno Adefonso et de illa<sup>1</sup> infante domna Geloira et per vanitate inquireret illa Petro Velasquiz. Et nos scientes sumus et sapientes abemus quia habemus illam per ordinem firmam vel scripturam legitimam de hodie nunc annos XXX<sup>a</sup> et amplius et dicimus ante iudices quantum que nos lex ordinaverit et iudices adimpleremus sine dilatione. Et testificant de parte monasterii Cellenove, Veremudo Naustiz, Vimara Lazeriz, quia oculis vidimus et scientes sumus et recte debemus iurare si lex ordinaverit.

Noticia de homines de monasterio: Regaulfo. de Regaulfo nati sunt frater Aquila, Ermiaro, Adaulfo, Miro. de Miro nati sunt Kendulfo. De Kendulfo nati sunt Guntino et SesModuleo.

Era XL II<sup>a</sup> post Millesima. Tunc fecimus inventario de hereditates quos comparavimus et ganavimus in villa Buvadella, id est hereditate de Leovegildo et de sua mulier Aragonti et de filiis suis Blandino, Vizoi et Alfidio, vendimus vobis domno Cresconio omnem nostram hereditatem quanta habuimus in ipsa villa Buvadela ab integro in domus, perfia, vineis, pumares, figares, cerasares, ameixenares vel quantum ad prestitum hominis est per suos terminos antiquos, et accepimus de vos precio cavalos duos, boves II, linteos XXVII sub uno solidos XV et de ipsum precium apud vos nichil remansit indebito. Alia hereditate que comparavimus de Miro in Buvatella. Item alia de Hermosendo de omnem suam hereditatem ab integro et de Savarigo presbiter sic et de hereditate de Gigulfo tercia integra in domus, in vineis, in edificiis suis. Item alia vinea media que nobis dedit sua mulier. Alia hereditate qui fuit de Manualdo et de Fafila in Buvatella sive et in Cornia, hereditate qui fuit de frater Sanbandi et in Buvatella omnem suam hereditatem ab integro sive comparato quomodo et de ganato quomodo de parentum suorum. Alia hereditate qui fuit de Constanzo et uxor sua Riquilodo et filiis suis damus vobis villa nostra nostra propria in Buvatella quem habui de comparatum pro quem dedit ad Senta in solidos VIII. Alia hereditate qui fuit de Ariastre et uxor sua Riquilo damus vobis vinea nostra propria quem habuimus in villa Buvatella in loco predicto circa illa alia vestra hereditate. Vendo vobis de ipsa vinea qum suos

fructuarios medietate integra pro quem accepimus de vos precio in pane et vino modios XII et iacet ipsa vinea iusta illa fonte. Alia hereditate qui fuit de Potenzo Ermegildiz qui iacet in villa Buvatella in loco predicto in agro de Nesperaria inter vineas de Onorigo damus vobis de ipsa vinea tercias II et alia terra qui iacet in agro de Nesperaria, damus vobis de ipsa terra tercias II pro que accepimus de vos precio placabile in modios XV. Alia hereditate qui fuit de Gondulfo in Buvadela damus vobis vinea mea propria in loco predicto sub illa fonte que dicent Lalan mea ratione integra cum omne sua prestantia pro que accepimus de vos precio in panem et vino modios III et sestarios III que nobis bene complacuit. // Alia hereditate qui fuit de Diga et uxor sua Eilove damus vobis vinea nostra propria quem habemus in villa Buvatella in loco predicto super casa de Donelo inter vinea de Anbroiso et de Donelo, damus vobis ipsa vinea ab integro pro que accepimus de vos precio modios III. Alia hereditate qui fuit Froileva vendo vobis hereditate mea propria quem habeo in villa Bu\atela in loco predicto iuxta vestro domo, vendimus vobis ibidem vineas, terras, mazanares, cersales et duos domos, ipsa nostra terra et ipsos domos ab integro pro que accepimus de vos precium in panem et vino modios VIII. Alia hereditate que sic fuit de Froila vendimus vobis ibidem in Buvadela vinea nostra propria qui iacet iuxta vestro domo mea ratione, et in alia vinea qui iacet iuxta fonte mea ratione, et de ipsas mazanarias qui stant in vestro casale mea ratione sic su carrale quomodo super carrale mea ratione ab integro et de alias terras qui stant iusta carvalio in loco predicto subter carrale de vereda; damus vobis ipsas hereditates ab integro et accepimus de vos precio in modios VIII<sup>a</sup> que a vos abui a dare de renovo. Item hereditatem qui fuit de Donello et uxor sua Gogia vendimus vobis hereditatem que habemus in villa Buvatella et habemus ipsa hereditate de parentes nostros, do vobis III<sup>a</sup> de ipsa mea ratione et medietate de ipsa mea quintana cum suas casas et suo lagare, sic medietatem in vineas, pumares in quantum ad prestitum hominis est pro que accepimus de vos precio vaca una, inter panem et vino modios XL. Item hereditatem qui fuit de frater Savarigo in villa Buvatella facimus cartula donationis de vinea nostra propria quem habemus comparata de Gegulfo Savarigiz ipsa vinea integra cum sua clausura et iacet ipsa vinea in loco predicto levat se de agro de Osoredro et feret in testa in carrale inter porta sic de Osoredro et de alia parte discurrante carrale de vereda pro quem accepimus de vos precio que nobis bene complacuit, vino modios III. Alia villa que fuit de Onorigo et uxor sua Odrotia et filiis suis facimus vobis cartula vendicionis de villa nostra propria de parentibus nostris in villa Buvatella; damus vobis et vendimus qui in ipsa villa obtinuimus quarta integra pro que accepimus de vos precio in sex boves in cibaria et vino, et lenzos, genabe I<sup>a</sup>, et almexia, et duos alios soldares et illa alia quarta, damus vobis ab integro per omnem suos terminos ubi nostra hereditas est in ipsa villa pro quem sacastis nos de alios homines et de alias potestates et aliorum intentiones. Item hereditatem quos contramutavit domno Cresconio cum frater Adefonso facio vobis cartula contramutationis de illa terra qui fuit de Miro in villa Buvatella in loco predicto in illa cortina sub illo carrale et determina cum agro de domna Tudesinda et alia rationem in illo linare et accepimus proinde de vos alia terra que iacet Eirolas que nobis bene complacuit. Item hereditatem qui fuit de Savarigo presbiter facimus vobis cartula firmitatis de terra mea propria quem habeo in villa Buvatella in loco predicto iuxta domus Frogani, concedimus vobis ipsa terra pro censo de illa ecclesia que mihi laxastis. Item hereditatem quos fuit de Donon facimus vobis inde cartulam vendicionis de vinea mea propria quem habemus in villa Buvatella in loco predicto iuxta illa alia vinea de ecclesia et de alia parte iuxta alia vestra super casa et iuxta illa que fuit de Constanzo quomodo est conclusa per suos terminos cum suos arbores et cum omni sua prestantia; damus vobis inde una quarta pro que nobis dedistis precio et in alia vice dedimus Ias quartas in panem et vino modios XXI. Item hereditatem quos fuit de Sanbandi et de Gendo et uxores suas Saisana et Recemera, facimus vobis cartula vendicionis de hereditate nostra propria quam habemus in villa Buvatella; damus vobis de ipsa hereditate de pater nostro Constanzo et mater nostra Egilo tercia portione integra in domibus, in vineis, pumares, cersales, sautos, in quantum ad prestitum hominis est, omnia nostra fagultate III<sup>a</sup> ab integro vobis vendo pro que accepimus de vos precio vaca rubia perreni, in vino et triigo et centeno, res et panos fiunt sub uno modios LXI que nobis bene complacuit. Item hereditatem qui fuit de Gendo et uxor sua Recemera facio vobis domno Cresconio cartula vendicionis de medietate de omnia nostra hereditate / unde vos habetis alia medietate; damus vobis ipsa hereditate in domos, in quintana, in terras calvas, in vineas, pumares, cersales, figares, in quantum

ad prestitum hominis est per ubi illa potueritis invenire per suos terminos antiquos, et accepimus de vos precio in panem et vino modios XXI. Item hereditatem quos fuit de Frenando et uxor sua Placia, damus vobis de uno quinione qui fuit de Gendo comparato de tercia medietate integra in casas, et vineas, et pumares, in omnia nostra facultate medietate integra, et accepimus de vos proinde precio in panem et vino modios XXXV. Alia hereditate qui fuit de Iustu et de Sunila, et de Gosenda, facimus vobis cartula vendicionis de illo carvalieto qui iacet iuxta Leporini et de alia parte iuxta carvalieto de Nantildo et feret in carvalieto de meio cauto; damus vobis ipsa hereditate et ipso carvalieto ab integro per suos terminos qui iam superius resonat pro que accepimus de vos precio in pane et vino et bibere modios VI. Item vinea quos mihi dedit Suario ad casa de suo sogro Venario ille media et suo sogro media pro iniudicato in Buvatella villa quod fuit de Ermegildo, vobis Guttier et Ilduara facimus vobis scriptura donationis vel perfiliationis de omnem meam hereditatem quem habeo de abios et parentibus meis sive de comparatum et est ipsa hereditas in villa Buvatella ut seiatis inde hereditati vel perfiliati de omnem meam hereditatem ubi illa potueritis invenire una pariter cum filio meo nomine Mundino in quantum habeo vel edificare pot\uero dum vita iuxero habeatis inde medietatem in villas, in domos, in eclesia, in pumares, in vineas, in quantum ad prestitum hominis est, in ipsa villa mea ratione ubi illa potueritis invenire sicut dixit de omnia medietate vobis dono adque concedo et vobis perpetim habiturum. Facta scriptura donationis die XII<sup>o</sup> kalendas Februarii. Era DCCCCLVII. Item hereditatem quos fuit de Leovildo et uxor sua nomine Horabona vobis domno Franquilani abba facimus vobis cartula vendicionis de hereditate nostra propria quem habemus de parentes nostros Adriano et Eizonza in villa que dicent Buvatella; vendimus vobis ipsa hereditate quem habemus inde tercia et ipsa alia tercia vendimus vobis inde medietate integra in vineas, in pumares, ceresales, ipsa colina media et ipso lagare de tercia medietate et de ipso agro per ubi est conclusa de tercia medietate et de ipsa vinea quam comparavimus de Tanoi medietate integra; vendimus vobis materia, clausuras, terras fundatas sive et non fundatas de omnia que vobis delimadimus et coram testibus asignavimus, vendimus vobis de ipsa nostra ratione medietate integra de ipsa eclesia sancta Marina de mea ratione medietate integra pro que accepimus de vos precio id est in solidos galicenses V. Item hereditatem qui fuit de Leovegildu et uxor sua Horabona vobis fratri Adolinum vendimus vobis hereditatem nostra propria quem habemus de parentibus nostris Adriano et Eigonza in villa Buvatella tercia porcione integra in vineas et pumares et suo terreno et sua materia et sua clausura et omne sua prestantia et ipso pumare qui iacet sub ipsas vineas quomodo est concluso cum suas terras call\vas et alia vinea quem comparavimus de Tano et Colina integra et de alias mazararias et ceresales qui stat super carrale, et in eclesia mea ratione et accepimus de vos precio in solidos galicenses VIII<sup>o</sup>. Et ego Gemondo et Sunilli facimus cartula de uno lovio qui stant ante nostra porta medietate de illo lovio pro que dedistis mihi precio vino modios VI centeno modios III.

---

<sup>1</sup> Escrito dúas veces.